



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Libertati Ecclesiasticæ violatio semper peccatum est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

336 Immunditia.

Aduertant hæc qui sordidis vtuntur in Missarum sacrificio, ita vt abominabili sit tangere & videre.

*Libertati Ecclesiasticæ violatio semper peccatum est.*

**I**mmunitas Ecclesiasticæ violatio mortale peccatum est formaliter loquendo: hoc est ex intentione facta: vt scilicet illam quis violet: quia iniuriam infert Ecclesiæ in priuilegio Ecclesiasticæ libertatis, vel quo ad locum, vel quo ad personas, vel quo ad bona mobilia vel immobilia. Propter imperfectionem tamen actus inuenitur hic veniale peccatum sicut in cæteris.

*Immunitas Ecclesiastica multis modis offenditur.*

**E**T scito hic sex. Primo, quod Ecclesiasticam violare immunitatem non est aliqua vna peccati species, sed est tanquam generale peccatum ad omnes sacrilegii species. Violatur siquidem Ecclesiastica libertas, iniuriam inferendo & personis & locis, & rebus sacris: ita quod violare Ecclesiasticam immunitatem sonat quendam generalem actum vitii, quod sacrilegium vocamus. Secundo, quod in hoc peccato est aliquid formale, & aliquid materiale. Habet enim se vt forma, ex intentione agere contra libertatem Ecclesiasticam: materia autem est illa res in qua Ecclesia læditur, aut dehonoratur. Verbi gratia: cum clericus iudicatur à laico, quum extrahitur ab Ecclesia qui saluus in illa esse debet, quum bona Ecclesiæ vsurpantur ab aliis, formale in omnibus est quod tenditur contra id in quo Ecclesiastica persona seu Ecclesiasticus locus, aut Ecclesiastica res debet esse libera, materiale autem est exemptio clerici à laico, saluus confugiens ad Ecclesiam, quod res seu bona  
Eccle.